



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvodlibet VIII. Continet Quæstiones IX. Articulos vero XX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. VIII. ART. I.

52

stolus laborabat, ne scandalizaret eos quibus prædicabat, qui propter auaritiam dare sumptus grauabantur, & hanc causam ponit secundæ ad Thesalonici.tertio. Nocte ac die laborantes, ne quem uestitum grauaremus. Item, ut suo exemplo alii ab otio retraherentur: unde ibidem scribitur. Non quas nos non habuerimus potestatem, sed ut no[n]met ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos. Item, ad reprehensionem rapacitatem pseudoapostolorum. Vnde dicit secunda ad Corinthi. vndecimo. Quod autem facio, & faciam, ut anputem occasionem eorum qui volunt occasionem, ut in quo gloriantur, tales inueniantur sicut & nos. Ali quando autem male facerent prædicatores, si laborebus manuum se implicarent, si scilicet, per laborem a prædicatione retraherentur. Vnde dicit gloss. Luca decimo octauo. Cauendum est prædicatori, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet aeterna. Ideo dicit Augustinus in supra dicto libro, quod Apostolus dum esset Athene, ubi oportebat cum quotidie predicare, non operabatur manibus, quod postea fecit ueniens Corinthium, ubi Iudeus predicabat solo die sabbathi. Prædicatoribus n. non solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupationibus, in quo prædicent, sed etiam in quo studeant, cū non habeat scientiam ex infinitione, sicut Apostoli, sed continuo studio. Vnde dicit Gregorius in pastorali expones illud Exodi 25. Veates semper erunt in circulis &c. Veates, inquit, semper erunt in circulis, quia nimis necesse est ut qui ad officium prædicationis excubant, a sacra lectionis studio non recessant.

D AD OCTAVVM dicendum, q[uod] per actionem inteligitur ibi non solum opus manuale, sed oīa quæ ad actiuan vitam pertinent. Sollicitudo autem quæ exhibetur a prædicatoribus circa eos qui prædicant, ad actiuan vitam pertinet.

Rationes in contrarium concedo, tamen ultima inducitur præter intentionem. Glosa n. dicit, sacerdotia negotia esse quæ sunt causa pecuniae colligendæ sine opere manuali, ut per mercationem, & huiusmodi, a quibus se debent serui Dei penitus abstinere.

Finis septimi quodlibeti.

INCIPIT QVODLIBET OCTAVVM.

QUAESTIO PRIMA.

VAESTIO nostra circa tria uestatur. ¶ Primo, Circa ea quæ pertinent ad naturam. ¶ Secundo, Circa ea quæ pertinent ad culpam & gratiam.

¶ Tertio, Circa ea quæ pertinent ad poenam, vel gloriam.

¶ Circa primum quærebatur.
¶ Primo, De pertinentibus ad naturam creatam.
¶ Secundo, De pertinentibus ad naturam incretam.
¶ Circa naturam incretam duo quærebantur.
¶ Primo, An senarius numerus, secundum quem oīs creature dicuntur esse perfectæ, sit creator, vel creature.
¶ Secundo, De rationib. idealibus, quæ sunt in me

A te diuina, utrum per prius respiciunt exemplata. creaturas ratione suæ singularitatis, vel ratione naturæ specificæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum senarius prædictus sit creator.

AD PRIMUM sic proceditur. Vnde detur, quod sensus 4.4.2.1. narius prædictus sit creator. Remota n. oī creature, perfectio nō remanet nisi in creatore; sed remota omni creature facta in operibus sex dierū, remanet perfectio in numero senario. Vnde dicit Augustinus super Genesim ad literam. Itaque si ista nō est sensus, opera sex dierum, perfectus ille esset. sed senarius: nisi autem ille perfectus esset, ista f[ab]ri eum, p[ro]feta non fierent. ergo senarius numerus est creator.

Sed dicebat, quod Augustinus loquitor de senario quantum ad ideam senarii, quæ est in mente diuina. Contra. Sic ut remota omnibus creaturis remanet perfectio in idea senarii numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina. ergo in hoc non habetur senarius numerus aliquam prominentiam ad lapidem, quod tamen uidetur esse contra intentionem Augustini.

¶ Prat. Illud quod est permanētus oī creature, nō est creatum, sed creator: senarius autem numerus est permanentior cælo & terra, quæ tamen uidentur esse permanentissime creature, unde Augustinus dicit 4. super Gene. ad literam. Facilius est cælum & terram transire, que secundum senarium numerum fabricata sunt, quam effici posse ut senarius numerus non suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creature, sed creator.

SED CONTRA. Creaturis perfectio non consistit ex partibus, nec est in eo aliquid habens partes: sed sicut dicit Augustinus in eodem lib. Inuenimus senarium numerum esse perfectum ea ratione quod suis partibus compleatur. ergo senarius numerus non est creator, sed creature.

RESPON. Dicendum, quod secundum Antiken in sua metaphysica, triplex est alius naturæ consideratio. Una, prout consideratur secundum esse quod habet in singularibus, sicut natura lapidis in hoc lapide, & in illo lapide. Alia uero est consideratio alius naturæ secundum esse suum intelligibile, sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia uero est consideratio naturæ absolute prout abstrahit ab utroque esse, secundum quam considerationem consideratur natura lapidis, vel cuiuscumque alterius, quantum ad ea tantum quæ per se cōpetunt tali naturæ. Harum quidem trium considerationum duæ semper uniformiter eundem ordinem seruant. Prior n. est consideratio alius naturæ absolute, quā consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus: sed tertia consideratio naturæ, quæ est in eo esse quod habet in intellectu, non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Consideratio n. naturæ secundum esse quod habet in intellectu, qui accipit a rebus, sequitur utrāque aliarum considerationum. Hoc n. ordine scibile præcedit sciām, & sensibile sensum, siue & mouens motum, & causam cauatum: sed consideratio naturæ l[og]icæ est quod habet in intellectu causante rem, præcedit alias duas considerationes. Cum n. intellectus artificis adiuuat aliquam formam artificiati, ipsa natura, seu forma artificiati in se considerata, est posterior intellectu artificis, & per consequens etiā area sensibilis, quæ talem formam.

Quodlibet. S. Tho. G 4 uel

QVODLIBET. VIII. ART. II.

uel per speciem haberet. Sieut autem se habet intellectus artificis ad artificata, ita si hēt intellectus diuinus ad omnes creaturas: unde vniuersiusque natura causata prima consideratio est secundum quod est in intellectu diuino. Secunda uero consideratio est ipsius naturae absolute: tertia, secundum quod hēt esse in rebus ipsis, vel in mente angelica, quarta, secundum esse quod habet in intellectu nostro: & ideo Dion. dicit 12. c. de diu. nomi. hūc ordinē assignans, q̄ primo inter oīa est ipse substantia creatorum Deus, postea uero ipsa dona Dei q̄ creaturis exhibentur & uniuersaliter, & particulariter considerata, ut p̄ se pulchritudinem, per se uitā, quam dicit esse donum ex Deo proueniens. i. ipsa naturam uitę, deinde ipsa participatio uniuersaliter & particulariter considerata, que sunt res in quibus natura esse habet. In his ergo illud quod est prius, semper est ratio posterioris, & remoto posteriori remanet prius, non autem econuerso: & inde est q̄ hoc quod competit nature secundū ab solutam considerationem, est ratio quare competit naturae alii secundum esse quod habet in singulari, & non econuerso. Ideo enim Sortes est rationalis, quia homo est rationalis, & non eccl̄uerso. Vnde dato quod Sortes & Plato nō essent, adhuc humanæ naturæ rationalitas competenter. Similiter etiam intellectus diuinus est ratio naturae absolute considerata, & in singularibus, & ipsa natura absolute considerata, & in singularibus est ratio intellectus humani, & quodammodo mensura ipsius. Possunt ergo uerba Augustini intelligi de senario duplíciter. Vno modo, ut per senarium numerū intelligatur ipsa natura senarii absolute, cui primo & per se competit perfectio, quaquidem est ratio perfectionis eorum que senarium participant. Vnde remotis omnibus que senario perficiuntur, adhuc perfectio naturae senarii competit, & hoc modo senarius nominat naturam creatam. Alio modo potest intelligi senarius secundum esse quod habet in intellectu diuino, & sic eius perfectio est ratio perfectionis in creaturis inuentis, que secundum senarium sunt condite, quibus etiam remotis in predicto senario perfectio remanet. Sie autem senarius non erit creatura, sed ratio creaturæ in creatore, que est Idea senarii, & est idem secundum rem quod diuina essentia, ratione tantum differens.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod remotis omnibus creaturis q̄ sunt facta in senario dierum, non dicitur, q̄ perfectio remaneat in senario numero, quasi senarius numerus aliquod esse habeat in rerum natura, nulla creatura existente, sed quia remoto omni esse creato remanet absolute consideratio naturae senarii, prout abstracta a quolibet esse, & sic attribuitur ibi perfectio: sicut remotis omnibus singularibus hominibus adhuc remanet rationalitas attribuibilis humanæ naturæ.

Ad SECUNDVM dicendum, quod sicut in rebus creatis quedam sunt magis communis, & quedam magis contractæ, ita etiam rationes rerum in Deo magis communiora ad plura se extendunt, minus uero communium ad pauciora, & quia unitas & multitudine sunt omnibus rebus creatis communia, ideo etiam ratio idealis numeri ad omnes creaturas se extedit. Vnde dicit Boet. in prin. arithmeticæ. Omnia quæcumque a primaria rerum natura constituta sunt, numerorum species uidetur esse formata. Hoc enim sicut principale in animo cōditoris. Exemplar autem lapidis, aut idea non se

F extendit ad omnes creaturas, & ideo si senarius accipiat pro idea senarii quantum ad hoc, adhuc senarius erit eminentior lapide, i. quām idea lapidis, prout scilicet ad plura se extendit, & iterū perfectio competit senario secundum naturam senarii, non autem lapidis.

AD TERTIUM dicendum, quod non est intentio Augustini dicere, quod si celum & terra translat, &cetera creatura, quod senarius remaneret secundum aliquod esse creatum: sed quia si omnes creaturae abesse deficeret, remaneret adhuc naturam senarii, prout abstracta a quolibet esse hinc, quod eius perfectioni competit, sicut est natura humana manebit talis quod ei competenter rationalitas.

G Ad illud uero quod in contrarium obicitur dicendum, quod quamvis in Deo non possit etiam quid habens partes, tamen potest esse in eo ratio senarii partibus constituti, & ratio suarum partium.

ARTICVLVS II.

Vtrumq; idea, que sunt in mente diuina, per prius respiciant res quantum ad naturam singularem, quam quantum ad naturam speciei.

C IRCA secundum sic proceditur. Videtur quod idea, quae sunt in mente diuina, per prius respiciant res quantum ad naturam singularem, quia quantum ad naturam speciei, quia in Aug. dictu li. 83. q. Idee sunt quædam formæ, vel rationes rerum stabiles, quæ in diuina intelligentia continentur, & cum ipse neque oriantur, neque interire, secundum eas tamē formam dicitur, quoniam quædam formam, ut interire potest, & omne quod oritur, vel interire loquuntur. ergo idea per prius respicit singularem.

SE D CONTRA. Cum idea sint formæ exemplares, requiriuntur ad rationem ideæ assimilato ideati ad ipsam: sed ideatum, id est, res creatæ magis assimilatur diuino exemplari secundum formam, a qua est ratio speciei, quam secundum materiam, quæ est individuationis principium. ergo idea per prius respicit naturam speciei, quam singularitatem individui.

RESPON. Dicendum, q̄ cum in mente diuina sunt formæ exemplares, que idea dicuntur, sicut in mente artificis formæ artificiorum, hoc tamen interest inter formæ exemplares quæ sunt in mente diuina, & in mente artificis creati, quod creatus artifex agit ex praesupposita materia: unde formæ exemplares quæ sunt in mente eius, non sunt factiæ materiæ, quæ efficiuntur a principio, sed solius formæ, a qua est species artificiata: & ideo huius formæ exemplares non respiciunt directe individuationem quantum ad individuum, sed quantum ad speciem solidam. Formæ autem exemplares intellectus diuini sunt factiæ totius rei & quantum ad formam, & quantum ad materiam: & ideo respiciunt creaturam non solum quantum ad naturam speciei, sed etiam quantum ad singularitatem individui, per prius tamen quantum ad naturam speciei, quod ex hoc patet. Exemplar enim est ad cuius imitationem fit aliqd. Vnde ad rōnem exemplaris requiritur, quod ipsa assimilatio opis ad exemplar sit intenta ab agente, alias talis assimilatio casu accideret, & non secundum uiam exemplaritatis. Sic ergo in rōne exemplaris includitur in tōto agens. Ad hoc ergo p̄ prius exemplar respicit quod agens primo

QVODLIBET. VIII. ART. III.

53

primo intendit in opere. Agens autem quilibet principaliter intendit in opere id quod perfectius est: natura autem speciei est perfectissimum in unoquoque individuo, per ipsum enim duplex imperfectio perficitur, imperfectio. Similiter quae est singularitas principium, quae cum sit in potentia ad formam speciei, perficitur quando natura speciei consequitur: & iterum imperfectio forma generalis, quae se habet ad differentias specificas in potentia, ut materia ad formam, unde species specialissima est primo in intentione natura, ut patet per Auic. in pr. suę met. Non enim natura intendit principaliter generare Sortem, alias destructo Sorte ordo & intentio naturae periret: intendit autem in Sorte generare hominem. Similiter non intendit principaliter generare animal, alioquin quie sceret eius actio: quando ad natum animalis perduxisset, cum tamen in individuo generato prius compleatetur natura animalis quam hominis, ut patet in 16. de animalibus: non autem prius quam homo quam hic homo. Vnde exemplar quod est in mente diuina primo naturam speciei respicit in qualibet creature.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod id quod est primum in intentione, est ultimum in executione. Vnde quanuam natura primo intendat generare hominem, per prius tamen generatur hic homo. Non enim homo generatur nisi per hoc quod hic homo generatur: & propter hoc etiam in definitione id est secundum eas ortur omne quod oritur quantum ad uiam executionis, in qua singulare sunt primum.

Secundum quod in contrarium obliuiscitur, conceditur.

QVÆSTIO II.

DEINDE queritur de his quae pertinent ad naturam creatam.

¶ Et primo, De his quae pertinent ad animam humam.

¶ Secundo, De his quae pertinent ad corpus.

¶ Circa primum queruntur duo.

¶ Primo, Utrum anima accipiat species quib. cognoscit, a rebus que sunt extra eam.

¶ Secundo, Quomodo charitas, vel quilibet aliis habitus a non habente cognoscatur.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima accipiat species a rebus que sunt extra eam.

15. q. 84. 2. 3.
& 4. 6. 10. c.
10. ar. 9. 1. d. 3.
9. 3. ar. 1. c. &
2. 2. 1. AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod anima accipiat species a rebus que sunt extra eam. Dicit enim Aug. 12. super Gen. Imaginem corporis non est corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit celeritate mirabiliter non autem eam in seipso faceret si a rebus exterioribus eam acciperet. ergo anima non accipiat a rebus species quib. cognoscit. ¶ Pra. Eius solus est dimensionem are dimensio nata abstrahere, cuius est dimensionem corporibus dare, quod est soli creatoris: sed ad hoc quod species a rebus accipiatur in anima, oportet quod ab ipsa specie dimensiones separantur, quia in rebus extra animam habent esse dimensionale, non autem in anima, maxime quantum ad intellectum. ergo anima non potest accipere species a rebus sensibili.

In contrario vero est tota philosophorum do-

A Et rina, quae sensum a sensibili. imaginatione a sensu, intellectum a phantasmatibus accipere faciuntur,

ar. 6. c. & 2.
102. ad 2.

RESPON. Dicendum, quod anima humana similitudines rerum quibus cognoscit, accipita rebus, illo modo accipiendo quo patiens accipit ab agente, quod non est intelligendum quasi agens inveniat in patiens eandem numerum speciem quam habet in seipso, sed generat sui similem educendo de potentia in actu, & per hunc modum dicitur species coloris deferriri a corpore colorato ad ipsum: sed in agentibus & patientibus distinguendum est.

Est enim quoddam agens, quod de levi sufficiens est ad inducendum formam suam in patiens, sicut ignis de se sufficit ad calefaciendum. Quoddam vero agens est, quod non sufficit de se ad inducendum formam suam in patiens, nisi superueniat aliud agens, sicut calor ignis non sufficit ad completionem actionem nutritionis, nisi per virtutem animae nutritiæ, unius virtus animæ nutritiæ est principaliter agens, calor vero igneus instrumentaliter. Similiter etiam est diversitas ex parte patientium. Quoddam enim est patiens, quod in nullo cooperatur agenti, sicut lapis cum sursum proiecitur, vel lignum cum ex eo fit scānum. Quoddam vero patiens est, quod cooperatur agenti, sicut lapis cum deorsum proiecitur, & corpus hominis est sicut sanator per artem, & secundum hoc res que sunt extra animam, tripliciter se habent ad diuersas animæ potestias: ad sensus enim exteriores se habent sicut agentia sufficientia, quibus patientia non cooperatur, sed recipiunt tantum.

Quod autem color per se non possit mouere visum nisi lux superueniat, non est contra hoc quod dictum est, quia tam color quam lux inter ea que sunt extra animam computantur. Sensus autem ex

teriores suscipiunt tantum a rebus per modum patiendi, sine hoc quod aliquid cooperentur ad sui formationem, quanuam iam formati habeant propriam operationem, quae est iudicium de propriis obiectis, sed ad imaginationem res que sunt extra animam comparantur ut agentia sufficientia. Actio enim rei sensitibilis non sicut in sensu, sed ulterius pertinet usque adphantasmam, sive imaginationem, tamen imaginatio est patiens quod cooperatur agenti. Ipsi enim imaginatio format sibi aliquarum rerum similitudines, quas numquam sensu percepit: ex his tamen que sensu recipiuntur componendo ea & dividendo, sicut imaginatur mons aureos, quos numquam vidimus ex hoc quod vidimus a rum & montes, sed ad intellectum possibilem comparantur res sicut agentia insufficientia. Actio enim ipsarum rerum sensitibilium nec etiam in imaginatione sicut, sed phantasmatum ulterius mouet intellectum possibilem, non autem ad hoc quod ex ipsis sufficient, cum sint in potentia intelligibilia, intellectus autem non mouetur nisi ab intelligibili in actu. Vnde oportet quod superueniat actio intellectus agentis, cuius illustratione phantasmatum sicut intelligibilia in actu, sicut illustratione lucis corporalis sunt colores visibiles actu: & sic patet quod intellectus agens est principale agens, & agit rerum similitudines in intellectu possibili. Phantasmatum autem quae a rebus exterioribus accipiuntur, sunt quasi agentia instrumentalia: intellectus enim possibilis comparatur ad res quarum notitia recipit, sicut patiens quod cooperatur agenti. Malto. n. magis potest intellectus formare quidditatem rei quae non cecidit sub sensu, quam imaginatio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si verbum Augustini referatur ad intellectum, sic planum est proces

QVODLIBET. VIII. ART. III.

res nō faciunt sui similitudinem in intellectu possibili principaliter, sed intellectus agens. Si autem referatur ad imaginationem, faciunt quidem, sed non solum, quia ipsa imaginatio cooperatur, ut di-
ctum est. In sensu autem facit corpus sui similitudinem sufficienter & solum: sed de hoc nō loquitur Augustinus, quia sensum contra spiritum di-
dit, sive corporalem uisionem contra spiritualem.

A D S E C U N D U M Dicendum, q̄ ratiō illa proce-
dit ac si illa eadem species numero quæ est in reb.
uel in imaginatione postmodum fieret in intel-
lectu, sic enim oportet quod auferrentur ab ea dimi-
siones, & hoc patet esse falsum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum habens charitatem eam cognoscat per speciem.

i. dicit. q. 1. 2.
4. 0. & 3. dif.
2. 3. q. 1. p. 2. 2.
6. & ad 1.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur q̄
non habens charitatem eam cognoscat p̄ spe-
ciam. Omne enim quod cognoscitur, cognoscit
vel per essentiam, vel per sui similitudinem: sed cha-
ritas a non habente non cognoscitur per sui essen-
tiam, quia non est essentialiter in eo. ergo si cognoscitur a non habente, cognoscitur per sui simili-
tudinem.

T2 Præt. Aliquis habens charitatem aliquo modo
cognoscit eam se habere, ad minus per cōiecturas,
vel per revelationem, & similiter postquam cā am-
serit, p̄t recordari se eam habuisse, quod esse non
potest nisi per eius speciem in memoria reseruata.
ergo charitas a non habente, qui prius eam habuit
per sui similitudinem cognoscitur, & eadem ra-
tione a quolibet alio non habente.

T3 Præt. Dicit Aug. io. confessionum. Hoc modo
se hēt memoria ad intelligentiam, sicut uenter ani-
malis ruminantis ad os, quia sicut id quod est in uentre
animalis ruminantis reducitur ad os, ita quod est
in memoria reducitur ad intelligentiam. Si ergo
in memoria cōseruatur charitas p̄ sui similitudinem,
& ab intelligentia capiatur per sui similitudinem.

S E D C O N T R A est, quod Aug. dicit 2. super Gene-
sim, & habetur in glo. 2. ad Corint. 12. Quod intellectus
naturalis uisus est earum rerum quae non habent sp̄s
sibi similes, quae non sunt quod ipsæ, & inter hu-
iusmodi ponit charitatem. ergo charitas non po-
tent cognosci per sui similitudinem, sed solum per
essentiam.

R E S P O N S O N. Dicendum, quod duplex est cognitionis
charitatis. Vna, qua cognoscit qd est charitas. Alia,
qua charitas precipitur, ut cū aliquis cognoscit se ha-
bere charitatem, quod pertinet ad cognitionem, est.
Prima quidem cognitionis charitatis eodem mō co-
petit habenti, & non habenti charitatem. Nā intel-
lectus humanus natus est rerum quidditatē compre-
hendere, in quibz cognoscendis naturaliter pre-
cedit, sicut in cognoscendis conclusionibz comple-
xis. Insunt enim nobis naturaliter quædam princi-
pia prima complexa ab oībus nota, ex quibz rō pro-
cedit ad cognoscendum in actu conclusiones, q̄ in
prædictis principiis potentialiter continēt sive p̄
inuentione propriam, sive p̄ doctrinam alienā,
sive per revelationem diuinam, in quibus omnibz
modis cognoscendis homo iuuatur ex principiis
naturaliter cognitis. Vel ita quod ipsa principia co-
gnita ad cognitionem acquirendam sufficiente ad-
miniculantibus sensu & imaginatione, sicut cum
aliquam cognitionem acquirimus per inuentio-
nem, vel doctrinā. Vel ita quod principia predicta

F ad cognitionem acquirendam non sufficiant: ni-
hilominus tamē in huiusmodi cognoscendis prin-
cipia dirigunt, in quantum inueniuntur non repu-
gnare principijs naturaliter cognitis: quod si esset,
intellectus nullo modo eis assentiret, sicut non po-
test dissentire principijs. Et similiter in intellectu
insunt nobis etiam naturaliter quædam cōceptio-
nes ab omnibus nota, vt entis, vniuersi, boni, & hu-
iusmodi, a quibz eodem modo procedit intellectus
ad cognoscendum quidditatem vniuersitatis: rei,
per quem procedit a principijs per se notis ad co-
gnoscendas conclusiones, & hoc vel per ea que s̄
sensu percipit, sicut cum per sensibiles propria-
tes aliquius rei concipio illius rei quidditatem: vel

G per ea quæ ab alijs quis audit, vt cum laicus quine
scit quid sit misericordia, cum audiat aliquam artem in elle
per quam dicit cancer, vel psalterie, concipi quid-
itatē misericordie, cum ipse praefiat quid sit artis, &
quid sit cancer, aut etiā per ea que ex revelatione
habentur, vt est in his quæ fidei sunt. Cum nō credi-
mus aliquid esse in nobis diuinitus datum, quo af-
fectus noster Deo vnitur, concipimus charitatis
quidditatem, intelligētes charitatem esse dominum
Dei, quo affectus Deo vnitur, praecognoscēta-
men quid sit donū, & quid affectus, & quid vnu.
De quibus etiam quid sit, leite non possumus, ni
si resoluēdo in aliquo prius nota, & sic quoque
perueniamus usque ad primas conceptiones hu-
mani intellectus, quæ sunt omnibus naturaliter no-
tae. Et quia naturalis cognitionis est quædam simili-
tudo diuinæ veritatis menti nostræ impressa, secun-
dum illud ps. 4. Signatum est super nos lumen
vultus tui Domine: ideo dicit Aug. 10. de Trin. q̄ hu-
iusmodi nabitus cognoscuntur in prima ueritate.
Ipse autem conceptio charitatis, quam intellectus
format modo prædicto, non est solum similitudo
charitatis sicut species rerum in sensu, vel imagina-
tione, quia sensus & imaginatio numquam p̄lin-
gunt ad cognoscendum naturam rei, sed solum
modo accidentia quæ circumstant rem, & iō ipsæ
qua sunt in sensu, vel in imaginatione non repre-
sentant naturam rei, sed accidentia eius tantum, sicut
status representans hominem quantum ad acci-
ditalia, sed intellectus cognoscit ipsam naturam &
substantiam rei. Vnde species intelligibilis est simi-
litude ipsius essentiae rei, & est quodammodo ip-
sa quidditas & natura rei secundum esse intelligi-
bile non secundum esse naturale, prout est in re,
& ideo omnia quae non cadunt sub sensu & ima-
ginatione, sed sub solo intellectu, cognoscuntur p̄
hoc quod essentia, vel quidditates eorum sunt alii
quo modo in intellectu. Et hīc est modus quo cha-
ritas cognoscitur cognitione quidem tam ab hēte
charitatem, quam a non habente: sed secundum
alium modum cognoscendis charitatem neq; cha-
ritas, neque aliquis habitus, sive potentia percipit
a nostro intellectu, nisi per hoc quod actus per-
cipiuntur, ut patet per phil. 10. Eth. Actus autē chari-
tatis, vel alterius habitus elicuntur ab ipsa chari-
tate, vel ab alio habitu per propriam essentiam cha-
ritatis, vel alterius habitus: & per hunc modum if
aliquis se cognoscere habere charitatem, vel alii
habitum per ipsam essentiam habitus ē in esse na-
turalē quod hēt in rerum natura, & non solum in
intellectu. Sicut autē nullus potest cognoscere cha-
ritatem, nisi charitatem habens, quia actus cha-
ritatis & aliarū uirtutum p̄cipue consistunt in mo-
ribz. interioribus, qui non p̄nt esse cogniti nisi ope-
ranti, nisi quatenus manifestantur ex actibz exterioribz,

bus, & sic per quandam coniecturam aliquis non habens charitatem potest percipere alium charitatem habere. Hoc autem dico supponendo, quod aliquis possit scire se habere charitatem, quod tamen non puto esse verum, quia in aliis ipsis charitatis non possumus sufficienter percipere & sicut charitate elicit propter similitudinem dilectionis naturalis cum dilectione gratuita.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in non habente charitatem non secundum esse naturam, sed secundum esse intelligibile, est essentia charitatis.

Ad II. dicendum, quod postquam aliquis desinit habere charitatem secundum esse naturale charitatis, adhuc charitas in ipso manet secundum esse intelligibile, & sic potest scire quid sit charitas. Marent etiam in memoria eius actus charitatis, quos facit etiam in memoria sensibili propter actus sensibiles charitatis, qui utique manent secundum sui similitudinem sicut & cetera sensibili, & ex his ali quis memoratur se habuisse charitatem.

Ad III. dicendum, quod ilud quod est in memoria redit ad intelligentiam, non ita quod eadem specie numero quae est in memoria, postmodum si in intellectu, sed per illum modum loquendi, quo phantasmatum dicuntur fieri in intellectu, ut dictum est.

QUESTIO III.

ARTICULUS V.

Vtrum alimentum conuertatur in ueritatem humanae naturae.

DEINDE queritur de his quae pertinent ad corpus humanum, utrum alimentum conuertatur in ueritatem humanae naturae. & videt quod non, quia in corpore humano id quod est de ueritate humanae naturae est caro, uel os secundum speciem, sed alimentum non conuertitur in id quod est secundum speciem, sed in id quod est secundum materiam, ut uero dicere phil. in 1. de generatione. ergo alimentum non conuertit in ueritatem humanae naturae.

¶ 2 Præt. Id quod est de ueritate humanae naturae, oportet quod semper in homine maneat, alias non remaneat homo idem numero, sed illud quod generatur ex alimento, non semper manet, immo fluit & refluit, ut patet ex 1. de generatione. ergo generatur ex alimento, non est de ueritate humanae naturae.

¶ 2 Præt. Aug. dicit, quod nos sumus in Adam duplificiter, secundum seminalem rationem, & secundum corporulentam substantiam: Christus autem fuit in eo secundum corporulentam substantiam, & non secundum seminalem rationem: id autem quod ex alimento generatur in nobis, non fuit in adam, ergo illud quod est de ueritate corporulentae substantiae nostra non est ex alimento generatum.

Sed dicebat quod corporulenta nostra substantia fuit in Adam originaliter, & non essentialiter. Sed contra. Semen originem rei importat. Si ergo dicimus in Adam fuisse secundum corporulentam substantiam originaliter tantum, tunc idem erit esse secundum corporulentam substantiam, & secundum seminalem rationem, quod est falsum. ergo idem quod prius.

SED CONTRA est, quod dicitur in 2. de anima. Alimentum est potentia tale, quale est illud quod nutritur, sed quod est potentia aliqua, in illud conuert-

A ti potest. ergo alimentum conuerti potest in illud quod nutritur: sed illud quod nutritur, est id quod est de ueritate humanae naturae, ergo alimentum conuertitur in id quod est de ueritate humanae naturae.

¶ 2 Præt. Semen ex quo fit generatio, maxime vel ad ueritatem humanae naturae pertinet, sed semen secundum philosophum in 15. de animalibus, est de superfluo alimenti, ergo alimentum conuertitur in ueritatem humanae naturae.

RESPON. Dicendum, quod ad huius questionis eidem oportet primo uidere quid sit ueritas humanae naturae. Veritas autem uniuscuiusque rei, ut dicit Auicen, in sua materia est aliud quam proprietas sui est, quod stabilitum est ei, sicut illud quod proprie habet esse auri attingens ad terminos stabilitatis naturae auri, dicitur esse vere aurum. Vnum quodque autem proprietas habet esse in aliqua natura, per hoc quod substat completa formam propriam illius naturae, a qua est esse, & ratio speciei in natura illa. Vnde illud pertinet ad ueritatem uniuscuiusque rei, quod est completum illius rei per formam, & pertinet directe & per se ad completionem illius rei: tam enim in naturalibus quam in artificialibus inueniuntur quedam, in quibus consistit principia littera ratio rei: alia autem quae sunt ordinata ad horum conseruationem & meliorationem, sicut species & fructus, per le pertinent ad complementum arboris, unde sunt de ueritate naturae ipsius. Folia autem sunt quodammodo ordinata ad fructuum conseruationem, & quantum ad hoc non uidentur esse de ueritate naturae arboris principaliter. Similiter ratio gladij consistit in ferro & acuminio eius, vagina autem est ad gladij conseruationem: unde si gladius est res naturalis, ferrum est de ueritate naturae eius, non autem vagina. Sic autem de ueritate humanae naturae esse dicimus illud, quod per se pertinet ad perfectionem humanae naturae, complete participans formam speciei: illud autem non est de ueritate humanae naturae in homine, quod est ordinatum quodammodo ad hominis conseruationem, vel meliorationem quamcumque. Scindendum est ergo, quod natura humana potest dupliciter considerari, vel secundum totam speciem humanaam, vel secundum esse quod habet in hoc individuo, & secundum hoc inueniuntur in presenti questione tres opiniones. Quidam n. dicunt, quod alimentum non conuertitur in ueritatem humanae naturae neque secundum speciem, neque secundum individuum. Dicunt enim in quod tota materia quae nata est est sub specie humanae nature, sicut in corpore Adæ, nec aliqua alia materia potest fieri vere substantia humanae speciei, & ex illa materia ex qua corpus primi hominis constabat, fuerit aliqua pars de cisa, que quidem per multiplicationem quandam sine additione exterioris materiae augmentata est in quantum, quod peruenit viis ad perfectam & completam quantitatem in corpore Seth. Ex quo iterum aliquid deciscum est in formationem corporis filii sui, & prædicto modo multiplicatum, & sic totum humanum genus multiplicatum est ex illa materia, quae fuit in corpore primi hominis sine aliquius extrinseci additione. Illud autem quod ex alimento generatur, est necessarium nobis ad conseruationem illius humiditatis, quae est de ueritate humanae naturae, ut scilicet calor naturalis habens aliquid aliud quod consumat scilicet humiditatem ex alimento generatam quasi accidentalem, non consumat humiditatem quae est de ueritate humanae naturae, sicut aurifex apponunt plumbum & argentum non

B

in dividuum. Dicunt enim in quod tota materia quae nata est est sub specie humanae nature, sicut in corpore Adæ, nec aliqua alia materia potest fieri vere substantia humanae speciei, & ex illa materia ex qua corpus primi hominis constabat, fuerit aliqua pars de cisa, que quidem per multiplicationem quandam sine additione exterioris materiae augmentata est in quantum, quod peruenit viis ad perfectam & completam quantitatem in corpore Seth. Ex quo iterum aliquid deciscum est in formationem corporis filii sui, & prædicto modo multiplicatum, & sic totum humanum genus multiplicatum est ex illa materia, quae fuit in corpore primi hominis sine aliquius extrinseci additione. Illud autem quod ex alimento generatur, est necessarium nobis ad conseruationem illius humiditatis, quae est de ueritate humanae naturae, ut scilicet calor naturalis habens aliquid aliud quod consumat scilicet humiditatem ex alimento generatam quasi accidentalem, non consumat humiditatem quae est de ueritate humanae naturae, sicut aurifex apponunt plumbum & argentum non

non consumatur ab igne, vnde in resurrectione qñ F veritas humanæ naturæ erit inconsuptionis, ali-
mento non indegebimus, nec resurget in nobis ali-
quid quod ex alimento sit generatum, sed solum
id quod fuit in Adam: sed inconveniens uidetur
huiusmodi positio propter duo, quantum ad præ-
fens pertinet: quia eiusdem rationis est formam
aliquam nihil agnoscere de materia subiecta, & nihil
de novo acquirere, cuius substans & natura nihil
accrescit, nec deperit. Constat autem qd aliqua ma-
teria, que erat substantia humanæ naturæ, definit esse
humanæ naturæ substantias, sicut patet in morte unius
cuiusq; hois. Vnde nisi aliqua materia de novo ad-
deret humanæ naturæ, sequeretur quod minus es-
set modo id, quod est de veritate naturæ humanæ
in actu, qm tempore Adg, & sic natura speciei
non perfecte saluaretur per generationem. Secun-
do, quia ista mutatio quam multiplicationem dñt,
nullo modo est secundum essentiam ipsius mate-
riae, sed solummodo secundum quantitatem, vel di-
mensiones ei accidentes. Non enim dicunt quod
aliquid materiae de novo per essentiam creetur, vel
aliunde addatur, sed quod illa eadem materia qua
prius erat minor, postea fiat maior: nihil autem est
aliud rarefieri & condensari quam murari eandem
materiam de magnis dimensionibus in parvas, &
econverio. Vnde sequeretur secundum predicantem
positionem, quod illud quod est de veritate huma-
nae naturæ semper rarefieret per continuam gene-
rationem & augmentationem, & tantum quantum
sustinere non posset. Est enim iam illud quod est
de veritate humanæ naturæ, innumerabiliter mag-
is rarum quam ignis: quod pareat esse falsum. Et iō
alia opinio dicit: quod alimentum conuertitur in
veritatem humanæ naturæ primo & principaliter
secundum speciem, non autem secundum individuum,
nisi secundario. Dicunt enim quod in uno-
quoque individuo humanæ speciei illud primo &
principaliter est de veritate humanæ naturæ quod
a parentibus traxit, & hoc vocatur philosopho ca-
ro & os secundum speciem, quæ semper manent:
sed quia illud cum sit modicum, non sufficeret ad
perfectam quantitatem debitam humanæ naturæ
sine additione, ideo adiungitur illud quod ex ali-
mento generatur non solum ad hoc quod conser-
vatur illud quod fuit a primis parentibus acceptū,
vt dicebat prima opinio, sed ad hoc qd compleat ex
huiusmodi addito perfecta quantitas: & sic illud qd
ex alimento generatur, non est de veritate humanæ
naturæ in hoc individuo principaliter, sed tñ
secundario, in quantum est necessarium ad quanti-
tatem debitam, & hoc nominat philosophus car-
nem & os secundum materiam, quæ fluit & refluit.
sed tamen ex hoc aliqua pars seminaliter transit in
prolem per generationem, & efficitur principaliter
de veritate humanæ naturæ in ipso cu admissione
alicius, quod fuit principaliter de veritate humanæ
naturæ in parte, ut qd nolit tñ vel sine admissione
eius, ut alij dicunt, quod est magis consonu dicitis
Philosophi in 15. de animalibus, qd uult sperma
totaliter esse de superno alimento, & sic illud quod ge-
neratur ex alimento, nō potest esse quod sit prin-
cipaliter de veritate humanæ naturæ in ipso qui nutri-
tur, sed pōt esse de veritate humanæ naturæ princi-
paliter in alio eiusdem speciei, s. in filio ipsius. Et se-
cundum hanc opinionem dicunt, qd illud quod est
principaliter de veritate humanæ naturæ in unoquoque
que totum in ipso resurget, nō aut totum quod ex
alimento generatur, sed solum quārum sufficit ad

completionem quantitatis, cum propter comple-
tionem quantitatis tantummodo ad veritatem hu-
manæ naturæ aliqualiter pertineat: & hæc opinio
consonat sententiæ Ale. commen. qui exponit car-
nem secundum speciem, quam philosophus dicit
semper manere, et illud quod a parentibus trahi-
tur: carnem vero secundum materiam illud quod
ex alimento generatur, quæ fluit & refluit. Sed hæc
opinionem commentator Averrois reprobavit
tractatus quem fecit super librum de generatione.
Cum enim illud quod ex alimento generatur, nu-
triat inquantu est potentia caro, & augeat inqua-
tum est potentia quanta caro, ut dñ in 2. de anima,
illud quod generatur ex alimento, postquam rec-
perit speciem carnis, efficitur unum cu illo quod
prius inerat, quia in fine conuersum iam est limi-
te non uidetur esse aliqua ratio, quare color
naturalis aliquid possit consumere de illa humidi-
tate carnis quæ ex alimento generatur, & nō dehu-
miditate quæ a parentibus trahitur, nec posse ali-
quod necessario modo illud probari. Et ideo illud
quod est a parentibus acceptum, quam illud qd
est ex alimento generatum, & qualiter se habet ad hoc
quod maneat, uel consumatur per calorem natu-
ralem, & ad hoc quod restauretur per nutrimentum,
quod est fluere & refluere, & sic aquiliter
tinet ad ueritatem humanæ naturæ quod genera-
tur ex alimento, & quod a parentibus trahitur. Et
secundum hoc est tercia opinio, quod alimentum
conuertitur in id quod est principaliter de veri-
tate humanæ naturæ & quantum ad speciem, & qua-
ntum ad individuum. Ponit enim hæc opinio, quod
utrumque, s. & qd ex alimento generatur, & quod
a parentibus trahitur, indifferenter & aquiliter for-
ma humana perficitur, & utrumque indifferenter
manet, uel consumitur: manet quidem secundum
speciem, consumitur autem & restauretur secun-
dum materiam. Sicut in aliqua republica diversi
homines numero ad communitatem pertinent
quibusdam moribus, & alijs in locum comum
succedentibus: & sic non manet una res publica le-
cundum materiam, quia sunt alij & alii homines,
manet tamen una numero quantum ad spem si-
ne formam, ppter ordinis unitatem in officiis di-
stinctis: ita et in corpore humano manet caro, &
os, & unaquaque partium eadem numero qua-
ntum ad spem & formam, quæ consideratur in de-
terminato situ, & uirtute, & figura, non autem ma-
net quantum ad materiam, quia illa materia car-
nis, in quata formâ erat, prius consumpta est, &
alia in locum ei succedit, sicut pater de igne qui
continuatur secundum eandem formam & mo-
dum per hoc, quod consumptis quibusdam lignis,
alia supponuntur quæ ignem sustinent. Et secun-
dum hanc opinionem de utroque praedictorum
indifferenter, s. generato ex alimento, & a parenti-
bus tracto tantum resurget, quantum est necessa-
rium ad speciem & quantitatem debitam huma-
ni corporis. Et hæc opinio mihi uideri catena
probabilior. Secundum ergo hanc opinionem ad
primum dicendum, quod distinctio philosophi,
qui distinguunt carnem fm spem, & fm materiam,
nō est si accipienda, qd alia sit caro qd fm spem,
s. a parentib. tracta, & alia que sit fm materiam ex
alimento generata, sed una & eadem caro signata
potest considerari, & secundum speciem quam ha-
bet, & secundum materiam. Et quod hic sit in-
tellectus philosophi patet ex hoc, quod ipse dicit
ibidem, quod hoc modo distinguitur caro
secundum

QVODLIBET. VIII. ART. VII. ET VIII.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum diciatur. Eligit meliorem, intelligitur de meliori ad tam dignitatem.

AD SECUNDVM dicendum, quod in comparatione prelati debent esse ceteri quasi greci, non considerata sola sanctitate morum, sed discrezione & strenuitate, & aliis huiusmodi quam in pastore exiguntur ad regendum.

AD TERTIVM dicendum; sicut ad primum.

AD IIII. dicendum, quod ille qui eligitur in prelatum, non eligitur quasi ad hereditatem possidentem, quia hereditas Christianorum non est in terra, sed est in celo. Ipsi Deus, & in illud Psalm. 15. Dominus pars hereditatis meae. Eligitur autem velut dispensator in familia Domini alicuius, secundum illud 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores &c. Dispensator autem non semper eligitur qui est propinquior, sed est magis idoneus.

AD V. dicendum, quod similiter etiam continget in procuratione servi alicuius Domini temporalis quod non oportet querere hominem meliorem simpliciter, sed meliorem ad seruendum.

AD Illud uero quod in contrarium obiicitur, dicendum quod decretalis intelligenda est quantum ad hoc quod non semper oportet eligere meliorem simpliciter, sed sufficit eligere bonum. Vel dicendum, quod non loquitur quantum ad forum conscientiae, sed quantum ad forum conscientissimum, in quo non reprobatur electio ex hoc, quod pro aliquis alius magis idoneus inueniri, dummodo ille qui eligitur idoneus sit, alias omnis electio calamitatem patetur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum malis prelatis sit exhibendus honor.

ss. q. 63. a. 3.
o. & q. 104.
a. 1. ad 2. & 3.
di. 9. 2. a. 3. 9.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod malis prelati non sit exhibendus honor. Sicut enim dicit Boetius in libro de consolatione. Non possumus ob honores reuerendos iudicare, quos ipsis honoribus reputamus indigneos: sed malis prelati non sunt honoribus digni. ergo non possumus iudicari esse reuerendi a suis subditis.

¶ 2 Præt. Honor non debetur prelati malis nisi ratione prælationis. Cum ergo sunt prælatione in digni, sunt etiam per consequens indignei ad honores, & ad alia omnia quod sunt prælationi propria.

SED CONTRA est, quod dicitur Exod. uigesimo. Honora patrem tuum. gloss. idest, prelatos. Cum ergo indefinite loquatur, videtur quod omnes prelati tam boni quam mali sint honorandi.

RESPON. Dicendum, quod in plato duo possumus considerare, s personam propriam, & dignitatem, & in quam est quædam persona publica. Si ergo prelatus sit malus ratione personæ sua, non est homorandus, quia cum honor sit reuerentia alicui exhibita in telionum uirtutis, falsum testimonium de eo preferret si quis cum obtineat propriæ personæ honoraret, contra illud quod dicitur Exod. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium: sed in quantum est s personæ publica, sic gerit typum & locum non suipius, sed alterius, scilicet Christi in Ecclesia, ne in re publica, ut dominus in secularibus dignitatibus, & sic valor eius non computatur secundum personam, sed secundum eum cuius loco præsideret: si cut est de lapillo qui in computationib. ponitur loco centum marcarum, cum in se nihil ualeat, ut dicit Proverb. 26. Sicut qui mittit lapidem in aceruum

Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Mercurius enim dicebatur Deus rationis & mercationis, & ita est ei honor exhibendus non propter se, sed propter eum cuius locu obtinet, sicut adoratio imaginis refertur ad prototypum, ut dicit Dame. Vnde, & malus prelatus idolo computatur, Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod intentio Boetii est dicere, quod mali homines non inducuntur ut reverendi in propriis personis, quamvis eis exhibentur honores propter officia, in quibus sunt constituti.

AD SECUNDUM dicendum, quod malus prelatus & indignus est prælator, & honoribus qui prælator debetur: sed illi cuius uicem gerit dignus est ut eius uicario talis honor exhibeat, sicut beata Virgo digna est ut eius imaginem depicant in pariete reverentia, quamvis tali reverentia ipsa amago digna non sit.

QVÆSTIO V.

DE INDE queritur de pertinentib. ad gratiam quantum ad oes, & que conuenienti statu.

Et circa hoc queruntur tria:

¶ 1 Primo, De orationibus, utrum oratio nauta ualeat facta pro alio sicut facta pro se.

¶ 2 Secundo, De suffragijs, utrum magis proficiat per magis digno, quam diuiniti, pro quo peculiari sunt.

Hec Tertio, De votis, utrum votum simplex dictam matrimonium contractum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum oratio plus ualeat pro se facta, quam pro alio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videntur orationes plus ualeat pro se facta, quam pro alio. Ita enim dicitur in quadam glossa, quod speciales orationes plus valent: sed illa est maxime specialis, qua quis pro se orat ergo plus ualeat oratio pro se facta, quam pro alio.

¶ 2 Præt. Ut dicitur in libro spiritu & anima Oratio nihil aliud est quam deuotio mentis in Deum: sed magis deuote aliqui orat pro se, quam pro alio, ergo plus valet oratio pro se facta, quam pro alio.

SED CONTRA. Oratio tanto amplius valet, quanto magis est deuota: sed quandoque quis deuotus orat pro alio quam pro seipso. ergo plus ualeat oratio pro alio, quam pro seipso.

RESPON. Dicendum, quod duplex est ualoris orationis. Vnus qui est orationis proprius, & in quem dicitur valere oratio ad impenitendum illud quod pertinet, sicut oratio Petri valuit ad suscitacionem Thabitæ. Alius ualoris est cois orationi, & alius operis uirtutum, & in quo oratio valere dicitur ad merendum aliquid ipsi oranti prout charitate informatur, sicut oratio Petri qua suscitacionem Thabitæ impetravit, sicut meritoria Petro vicecerne, inquit, erat actus charitatis informatus. Loquendo ergo de primo valore ceteris parib. plus valet oratio facta pro se quam pro alio, quia efficacia orationis in impenitendo potest anittere suum effectum, quando pro alio fit ex aliquo impedimento, quod inveniatur in eo pro quo oratur. Vnde una de conditionib. orationis quod faciunt eam efficacem ad impenitendum, est vult aliquis pro se orat. Quantum autem ad eam valet oratio magis valet quam ex maiori charitate procedit sicut pro se, sicut pro alio fiat. Si autem de inten-

teriori charitate per exteriora opera debitam inducatur, tunc ista comparatio potest duplicitate intelligi. Vno modo, ut aliquis oret pro alio, quod etiam pro seipso, & tunc maioris meriti est pro alio orare & pro seipso, quam pro seipso. Majoris enim meriti est amicum benevolum & beneficium esse sibi & aliis, quam sibi tantum. Alio modo potest intelligi, ut aliquis oret pro alio, & non pro se, & sic ostenderetur esse alteri benevolus magis quam sibi, & ita peccaret in ordine charitatis magis alium quam se diligens. & hoc modo intelligendum comparisonem, inelius est orare pro se, quam pro alio.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod ratio illa non est ad propositum, quia specialis oratio dicitur in glorifica illa pro quo cumque specialiter fiat sive profecta, sive pro alio.

A D T E R C U M Dicendum, quod licet (ut plures) homo pro seipso deuotius oret, tamen quandoque deuotius pro alio, & ita secundum hoc non potest sumi universalis iudicium, quod oratio plus valeat.

Similiter dicendum ad tertium in contrarium.

ARTICVLVS IX.

Vtrum suffragia magis proficit pauperi magis digne, quam diuiti pro quo specialiter sunt.

CIRCA secundum sic proceditur. Videatur quod suffragia Ecclesiae specialiter facta pro aliquo diuite, & qualiter valeant pauperi pro quo non sunt, si sit equalis meriti. Ut enim dicit Augustinus modi suffragia tantum valent unicuique post mortem, quantum meruit vivens ut sibi prodest: sed praedicti duo equaliter meruerunt. ergo equaliter eis predicta suffragia proficit.

P12 Prat. Passio Christi semper plus proficit ei qui maioris est meriti: sed Mihi que est precipuum suffragiorum, est memoria passionis dominice. ergo equaliter proficit eis qui sunt equalis meriti.

C O N T R A. Deus accipit hunc modi suffragia secundum intentionem facientis: sed faciens intendit quod plus proficit diuiti, pro quo facit. ergo ei plus proficit.

P12 Prat. Non est dicendum quod frustratur pia intentio cori pro sui charis specialis suffragia faciunt: frustratur autem si eis specialius non prodest. ergo magis proficit eis pro quibus sunt.

R E S P O N S U M Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quod suffragia Ecclesiae specialiter pro aliquo facta, valent omnibus qui sunt in purgatorio, & qualiter quidem his qui sunt equalis meriti, plus uero his qui sunt maioris meriti, minus his qui sunt minoris: sicut cedula accessa pro aliquo diuite in aliqua domo, vbi sunt multi alii, & qualiter prodest aliis qui sunt equalis uisus, plus vero his qui sunt maioris, minus his qui sunt minoris, quamvis sit diuiti magis ad quemdam honorem prae aliis. Et sicut etiam lecho que legitur specialiter pro aliquo clericu multo simili abundantibus & qualiter valet his qui sunt equalis capacitas, plus his qui sunt maioris, minus vero his qui sunt minoris. Alij uero dicunt, quod suffragia plus valent his, pro quibus specialiter sunt. Vtrum autem opinio secundum aliquid vera est. Ad cuius evidentiā sciendum est, quod opera unius non ualent alterius quantum ad premium essentiale, quia sic unusquisque ex propriis actibus iudicatur, sed solum quantum ad aliquod accidentale gaudium, vel quantum ad remissionem aliquius poenitentia temporaria.

Alis: & sic suffragia viorum possunt prodest defunctis. Huiusmodi autem communicatio operū contingit duplicitate. Vno modo, ex unitate charitatis, quia omnes Christi fideles efficiuntur unum corpus, & sic actus vinis quodammodo redundant in iuuenientem alterius, sicut etiam in membris nostris corporalibus videmus, & sic in uatur aliquis ex actu alterius, in quantum quilibet existens in charitate, gaudet de quolibet bono opere: & quanto est maioris charitatis, tanto amplius gaudet siue in purgatorio, sive in paradiso, sive etiam in mundo, & quantum ad hoc est vera prima opinio. Alio modo, actus vinis fit communis alteri per intentionem facientis, quia facit pro illo, vel vice illius quod valet praeceptum in debitis solvendis; & sic suffragia ecclésie ualent definiti, in quantum viuis soluit Deo satisfactionem, quam mortuus solvere tenebatur: & sic ualor suffragii sequitur intentionem facientis, & quantum ad hoc secunda opinio uera est.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod meritum illud, de quo loquitur Augustinus, est meritum conditionatum: meretur enim aliquis vivens, ut sibi suffragia post mortem ualeant, si pro eo faciat, quia quidem conditione extat in uno, & non extat in alio, & ideo non equaliter proficit utriusque.

A D S E C U N D U M dicendum, quod passio Christi fuit exhibita pro omnibus, sacrificium autem Missarum specialiter pro aliquibus offertur, & ideo non est timile.

Alia duo concedimus.

ARTICVLVS X.

Vtrum uotum simplex continentiae dirimat matrimonium contractum.

A D T E R C U M sic proceditur. Videatur, quod uotum simplex continentiae dirimat matrimonium contractum. Si enim aliquis det aliqui quod prius alteri dederat, secunda datio nulla est: sed ille qui emittit simplex uotum continentiae, dat corpus suum Deo. ergo cum postea contrahendo matrimonium det corpus suum uxori, contractus iste matrimonij nihil ualeat. videatur &c.

S E D C O N T R A est, quod decretalis dicit, quod uotum simplex matrimonium impedit contrahendum, sed non dimittit contractum.

R E S P O N S U M Dicendum, quod uotum simplex non dirimit matrimonium contractum, sed solum sollemnem. cuius ratio patet, si differentia utriusque uoti inspiciatur. In uoto enim simplici est sola promissio, qua quis promittit Deo se continentiam seruitur: ex sola autem promissione non trasferitur dñsum. unde si aliquis promittat rem aliquam alium, & postea det eandem alteri, huius donatio non potest rescindi per priorem promissionem, quia uotum male faciat dando, & sicutque qui emittit uotum simplex continentiae, potest postmodum corpus suum tradere uxori, & quis peccet hoc faciendo, in matrimonio non dirimetur per uotum praecedens.

In uoto autem soleni est simili promissio & collatio. Tunc n. est uotum solenne, quando simili aliquis cum uoto consecratur Deo, & ponit in aliquo statu sanctitatis uel per sufficiemtiam ordinis, uel per professionem certae regulæ, & sic non potest uerius corpus suum tradere uxori, & si tradit, contractus nullus est, & sic matrimonium dirimitur per uotum solenne, non autem per simplex.

Ratio

QVODLIBET.VIII. ART. XI. XII. ET XIII.

Ratio autem in contrarium adducta falsum supponit, scilicet quod per votum simplex alijs det corpus suum Deo: non enim dat, sed promittit.

Q V O D L I B E T . V I .

DEINDE quereretur de his quae pertinent ad culpam.

¶ Et circa hoc quererantur quinque.
¶ Primo, utrum peccet qui ad ecclesiam uadat propter distributiones, qui alias non ierit, quamvis a principio præbendam accepit ut Deo seruiret.

¶ Secundo, utrum aliquis habens de superfluo, peccet si non det pauperipetenti.

¶ Tertio, utrum quando sunt diuersae opiniones de aliquo facto, ille qui sequitur minus tutam, peccet, sicut de pluralitate præbendarum.

¶ Quarto, utrum mendacium semper sit peccatum.

¶ Quinto, utrum quantum aliquis intendit peccare, tantum peccet.

ARTICVLVS XL.

Verum ille qui uadit ad ecclesiam propter distributiones, alias non iturus, peccet.

4. di. 25. q. 2.
2. q. 1. ad 4. &
2. q. 6. h.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod ille qui uadit ad ecclesiam propter distributiones alias non iturus, peccet. Ipse enim uidet ponere obsequium diuinum, quod est impreiabilis, sub pretio rei temporalis. ergo committit simoniam, & ita videtur quod mortaliter peccet.

SED CONTRA. Ille qui fecit votum bona intensione, si postmodum in prosecutione voti mutetur voluntas eius, ut inuitus faciat quod volens promisit, non euacuat meritum voti, ut videtur. An selimus dicere in libro de similitudinibus. ergo ea dem ratione qui accipit præbendam, ut Deo seruat, non peccabit, quamvis postea mutetur eius intentio.

23. q. 100. 2.
5. o. & 3. di.
25. q. 4. 25. 2.
q. 2. 2.

R E S P O N S O. Dicendum, quod ad evidentiam huius questionis notandum est, quod aliquis actus dicitur spiritualis dupliciter. Uno modo, ex parte principij, quoniam factus competit aliqui per longum propter aliquid spirituale, quod in ipso est, sicut episcopo consecrare basilicas, & diacono legere euangelium, & in talibus actibus committitur simonia, si aliquis intendat suum actum videret. Alio modo, est aliquis actus spiritualis non ex parte principij, sed ex parte finis tantum, sicut docere liberales artes, quarum ueritas spiritualis est: sed huiusmodi doctrina non competit alicui propter aliquod spirituale officium, cum etiam gentilibus licet huiusmodi artes docere, & in his actibus committitur simonia si uenditur fuis, qui spiritualis est, ipsa veritas, non autem si aliquis sua opera loget. Celebrare ergo diuinum officium in ecclesia, est actus spiritualis primo modo. Competit enim alicui ex hoc quod est clericus, & ideo simoniam committit, qui huiusmodi actum uendere intendit. In qualibet enim uenatione preium accipitur quasi finis: & ideo in predicto casu distinguendum est. Si n. huiusmodi distributiones recipit quasi finem sui operis principaliter intentum, simoniam committit, & ita mortali peccata. Si autem haberet principalem finem Deum in tali actu, ad hunc autem distributiones respicit secundario non quasi in fine, sed sicut in id quod est necessarium ad suam sustentationem, constat quod non vedit actu spirituale, & ita simoniā non committit,

nec peccat. Sic enim acceptio distributionum non erit causa quare ad ecclesiam uadat, sed proprie*tu* iusmodi determinatio quae nunc vadat, & non alia uice.

Et sic patet responsio ad primum, quia non ponit impreiabile sub pretio.

Ad illud uero quod contra obiicitur, dicendum, quod tunc in uouente non euacuat meritum voti, quando intentio uouentis feratur super licitum, ut cum aliquis vellet non facere illud quod uouit, si non uouisset. Si autem feratur directe super illicitum, tunc euacuat meritum voti, ut cum aliquis multo absoluere illud non facere quod uouit. Ille autem uult ire ad ecclesiā pro pecunia, sicut pro sine principali, habet voluntatem delatam super illicitum, & ideo peccat.

ARTICVLVS XIII.

Verum ille qui non dat pauperi petenti, si habeat de superfluo, peccet.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod ille qui non dat pauperi petenti, si habeat de superfluo, peccet. Faceret enim elemosynam de superfluo est in præcepto, Lucas. 12. Veruntamen si quid superest, date elemosynam. ergo peccati potenti non tribuat.

¶ 2 Præ. Aliquis tenetur inquirere de his quae sunt necessaria ad salutem, ut aliquis subuentar existent in extrema necessitate. ergo tenetur quilibet inquirere utrum pauper sit in extrema necessitate, quae timet dare.

In contrarium est, quia si uideatur quod omnes essent damnati.

R E S P O N S O. Dicendum, quod circa hoc distinguendum est. Supposito enim quod aliquis habeat de superfluo & respectu indumenti, & respectu personæ, quod tenetur pauperibus erogare, aut uider in pauperi petenti evidenter signa extrema necessitatis, aut non. Si uiderit, certum est quod tenetur dare, & peccat non dando. In hoc enim casu loquitur Ambro. Pasce fame morientem, si non pauper, occidi sti. Si uero non apparet, tunc non tenetur dare pauperi petenti, quia quamvis tenetur dare superfluum pauperibus, non tam tenetur omnibus, nec nec huic dare, sed tenetur distribuere secundum quod sibi uisum fuerit opportunum: nec tenetur inquirere, quia hoc est nimis graue, quod de omnibus pauperibus inquireret, & precipue cum ad eum qui necessitatem patitur, pertineat ut necessitatem suam exponat.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ATICVLVS XIII.

Verum ille qui habet plures præbendas, peccet.

Circa tertium sic proceditur. Videtur quod ille qui habet plures præbendas, peccet ex hoc quod opinione magistrorum sunt in contrarium. Quod cuncte enim committit se discrimini in his quae sunt ad salutem, peccat: sed iste committit se dilectioni ut videtur, cum faciat contra multorum patitorum sententiam. erga uideatur quod peccat.

S E D C O N T R A. Potest esse quod in tali casu aliquis adhibeat diligentiam, inquirens an habere plures præbendas sit licitum, nec inuenit aliquid quod ei moueat ad hoc quod sit illicitum. ergo uideatur quod sine peccato posit plures præbendas habere.

R E S P O N S O. Dicendum, quod duobus modis aliquis ad peccatum obligatur. Uno modo, faciendo contra legem, ut cum aliquis fornicatur. Alio modo, faciendo contra conscientiam, & si non sit contra legem, ut si conscientia dicit alicui quod leuare festucam de terra sit peccatum mō-

tale.

talē. Ex conscientia autem obligatur aliquis ad peccatum siue habeat certam fidem de contrario eius quod agit; siue etiā habeat opinionem cum aliqua dubitacione. Illud autem quod agitur contra legem, semper est malum, nec excusat per hoc quod est secundum conscientiam, & similiter quod est contra conscientiam, est malum, quamvis non sit contra legem; quod autem nec conscientiam, nec contralē est, nō potest esse peccatum. Dicendum, est ergo, q̄ q̄ dū sunt opiniones contrariae de eodem, oportet esse alteram veram, & alteram fallam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magistrorum, ut pote habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & sic cum faciat contra legem Dei, non excusat a peccato, quamvis non faciat contra conscientiam, sicut, contra legem Dei facit. Aut illa opinio non est uera, sed magis contra ria quā iste sequitur, ita quod uerelicit habere plures præbendas: & tunc distinguendū est, quia aut talis habet conscientiam de contrario, & sic iterū peccat contra conscientiam faciens, q̄ns non contra legem, aut non hēt conscientiam de contrario, sed certitudinē, sed tū in quādā dubitationē inducit excontrarietate opinionū, & sic si manente tali dubitatione plures præbendas habet, periculo se cōmittit, & sic proculdubio peccat ut pote magis a manis beneficium temporale quam propriam faltem. Aut ex contrariis opinionibus in nullā dubitationem adducitur, & sic non coamittit se de sc̄rimini, nec peccat.

¶ Vnde patet solutio ad obiecta.

ARTICULUS. XLIV.

Vtrum omne mendacium sit peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod non omne mendacium sit peccatum. Maius enim peccatum est homicidium quam mendacium: sed homicidium potest licite fieri, ut cum iudex occidit latronem. ergo & mendacium.

¶ Pr. In sacra scriptura quidam laudantur, qui in mentiri esse intelliguntur, ut obſterices, Iacob, & Iudith. ergo mendacium non ip̄ est peccatum.

SED CONTRA est, quod Aug. determinat in lib. de mendacio.

RESPON. Dicendum, q̄ quandoconque aliquis actus hēt aliquam inordinationem inseparabiliter annexam, nūquam p̄t beneficii gaia inordinatio est aliquid superfluum, vel dimidiatum, & ita non potest in tali actu medium accipi, in quo virtus confitit, ut patet per philos. in ethi. huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim in uerba sunt verba, vel voces, vt sunt signa intellectuū ut dī in primo perier. & ideo quando aliquis uoce enuntiat, quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacii, est ibi inordinatio per abusum uocis, & ideo concedimus quod mendacium semper est peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homicidium semper est peccatum, quia inordinationem haberet inseparabiliter annexam, homicidium, plus importat quam occidere homines. Composita enim nomina frequenter plus important quam componēta. Importat enim homicidium occidēre homines indebitam, & ideo homicidium nunquam est licitum quamvis occidere hominem aliquando licet.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ sicut Aug. dicit lib. de mendacio, & hēt in gl. sup illud p. 5. Perdes oēs q̄ loquunt̄ mendaciū, dupl. alios laudatur in scriptura. Quidam ppter p̄cedū statua virtutis, & horū fa-

A Etā proponuntur omnibus in exemplum, & de talibus non legitur q̄d mentiti sint, vel si aliqua dixerunt, que mendacia uidentur. Im intentionē quā ex instinctu Spiritus sancti conceperunt, mendacia non sunt. Quidam vero laudantur propter uirtutis in dolem, & sic in aliquibus dī mendacium fuisse legitur maxime officiosum, sicut patet de obſtericibus. Non enim commēdantur quā mentite sunt, sed propter misericordiam ex qua in mendacium inciderunt, & sic appetit in eis quādam indoles, i. profectus uirtutis, non autem perfec̄tio.

ARTICULUS. XV.

B Vtrum oportet quod si aliquis intendat peccare mortaliter quod peccet propter hoc mortaliter.

C Ira quādā sic proceditur. Vide q̄d non oportet quod si aliquis intendat peccare mortaliter, quod peccet propter hoc mortaliter. Deus enim prōior est ad misericordiū q̄d ad puniēdū, ut habetur in glo. in pri. Hier. sed si aliquis intendat peccare uenialiter, nō sequitur q̄d pp̄ hoc peccet uenialiter. ergo nec oportet quod qui intendit peccare mortaliter, q̄d propter hoc peccet mortaliter.

SED CONTRA. Quicquid intendit peccare mortaliter, facit contra conscientiam: sed omnis talis peccat mortaliter. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod impropriū dicitur, quod aliquis intendat peccare mortaliter, aut uenialiter. Malum enim est prater intentionem & voluntatem, ut dicit Dio. 4. c. de diu. no. Sed quod aliquis intēdit face aliquid, quod credit esse mortale peccatum, ex hoc dī quod intendit peccare mortaliter. Pradiēta ergo quādā nihil aliud querit, nō si quare aliquis credens esse peccatum mortale q̄d facit, peccat mortaliter. nō autem est necesse quod sit veniale, si credit ueniale esse, ut si fornicationē credit esse veniale peccatum, cuius quātionis de facili patet solutio: quia cum conscientia erit erronea habeat uim ligandi ex hoc ipso quod contra conscientiam facit, mortaliter peccat. Error autem conscientiae quandoque habet uim absoluendi, siue excusandi, quādā, si procedit ex ignorantia eius quod quis scire non potest, vel scire non tenetur. Et in tali casu quādā factum de se sit mortale, tam intendens peccare uenialiter, peccaret uenialiter: sicut si aliquis intendere accedere ad uxorem suam causa delectationis, & ita intēderet peccare uenialiter, si alia ei supponeretur eo nesciente, nihilominus uenialiter peccaret. Quandoque vero error conscientiae non habet uim absoluendi, vel excusandi, quando scilicet ipse error peccatum est, ut cum procedit ex ignorantia eius quod quis scire tenetur & potest, sicut si crederet fornicationē sūmiplicem esse peccatum ueniale, & tunc quādā crederet peccare uenialiter, non tamen peccaret uenialiter, sed mortaliter.

¶ Et sic patet responsio ad obiecta.

QUAESTIO. VII.

DE INDE queritur de his quā pertinent ad penam & gloriam.

¶ Et Primo, De his quā pertinent ad penam.

¶ Secundo, De his quā pertinent ad gloriam.

¶ Circa penam autem queritur.

¶ Primo, De pena spirituali.

¶ Secundo, De pena corporali damnatorum.

¶ Circa primum duo queruntur.

¶ Primo, Vtrum damnati indeat gloriam sancto.

Quodlib. S. Tho. H. rum

Q VODLIBET. VIII. ART. XVI. XVII. ET XVIII.

rum, & post diem iudicij.

Et Secundo Vtrum damnati vellent suos propinquos esse damnatos,

ARTICVLVS XVI.

Vtrum damnati post diem iudicij videant gloriam sanctorum.

¶ I. or. 147.
4. di. 50. q. 2.
art. 2. q. 3. o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod damnati post diem iudicij videant gloriam sanctorum. Sicut enim se habet gloria ad misericordiam, ita miseria ad gloriam: sed de perfectione gloriae sanctorum est ut videant misericordiam damnatorum, ut habetur Isaiae ult. Egredientur, & videbunt cadas et importorum, ergo & de perfectione misericordia damnatorum est, ut videant gloriam sanctorum, & sic post diem iudicij quādo in miseria perfecta erunt, videbunt gloriam sanctorum.

Propter. Post diem iudicij nulla afflictio a damnatis subtrahetur: sed nunc affliguntur damnati ad hoc quod videant gloriam sanctorum, secundum illud Isaiae 46. Videant, & confundantur zelantes populi. Ergo & post diem iudicij gloriam sanctorum videbunt.

SED CONTRA. Omnis delectatio materia damnatis post diem iudicij subtrahetur: sed videare sanctorum gloriam est quedam materia delectationis. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod uidere gloriam beatorum duplisper contingit. Uno modo, ut capiatur quid sit ipsa gloria, & qualis, & quanta, & sic nullus potest uidere gloriam, nisi qui est in gloria. Supradictum enim & desiderium, & intellectum eorum qui non sunt in ea. Hoc nam est manna absconditum, & nomen nouum scriptum in calculo, quod nemo nouit, nisi qui accipit, ut habetur Apocalypsi. Alio modo contingit videre gloriam beatorum, ut videantur ipsi beati esse in quadam gloria incenarrabili & excedente intellectum. Et sic damnati ante diem iudicij uident gloriam sanctorum, non autem post diem iudicij, quia tunc erunt penitus a sanctorum consilio alienati, ut qui ad summum iam misericordie runt, & ideo nec etiam sanctorum confortio digni habebuntur: nam uidens, aliquid confortium habet cum eo quod uidet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uidere misericordiam damnatorum omnino erit sanctis ad gloriam, gaudebunt. n. de insuffia Dei, & de sua euasione, secundum illud Ps. Letabitur iustus cum viderit vindictam: sed videare sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat, qua post diem iudicij damnati priuabuntur.

AD SECUNDVM dicendum, quod damnati in inferno existentes post diem iudicij memores erunt gloriae sanctorum, quam ante iudicium & in iudicio viderunt, & sic cognoscere noscere in maxima gloria, quamvis non videant ipsos beatos, nec eorum gloriam, & ita inuidia torquebuntur, & sic afflictio que est in eis nunc ex tali uisione, manebit uisione sublata, de quo est magis dolebunt uidetes se etiam uisione sanctorum indignos reputatos.

AD TERTIUM contra obiectum, dicendum, quod videre sanctorum gloriam non est materia delectationis, nisi secundum primum modum visionis videatur, quia tamen damnatis nunquam uidetur: secundum autem modo uidere, & non habere, est magis afflictionis causa propter inuidiam.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum damnati uellent suos propinquos esse damnatos.

4. di. 50. q. 2.
3. di. 50. q. 4. o.

AD SECUNDUM sic proceditur. Viderur, quod damnati non uellet suos propinquos esse dāna-

tos. Dicitur enim Lucae decimo sexto, quod dines in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos, ut testetur illis ne venirent in locum tormentorum: petitio autem est voluntatis designatio, ergo damnati non uolunt suos propinquos damnari.

SED CONTRA est, quod dicitur Isaiae 14. super illud. Surrexerunt de soliis suis, dicit gl. Solati est damnatis socios habere suos penas, ergo ipsi uellet omnes esse damnatos.

REPO. S. Dicendum, quod vita spiritualia in damnatis consummari, quod significatur Ezechieles 32. ubi dicitur de impensis, quod cu[m] armis suis ad infernum descendit & ideo in eis perfecta inuidia, ad quam pertinet dolere de bono alterius quod p[ro]p[ter]o habet, & sic est veller oculi pati malum quod ipse patit. Liberari n[on] a malo, quoddam ponit e[st] Quod dem inuidia in aliquibus est in hac uita tantum inalegit, ut suis propinquissimis est inuidie deponere non quae non habent ipsi. Unde multo amplius damnati in uidia stimulante uellet suos propinquos, ut omnibus aliis esse damnatos, & dolebunt si sciant quos esse saluatoris: sed tamen si non omnes debent damnari, sed aliqui seruari, magis uellet suos propinquos quam alios a damnatione liberari, quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, si uideant libuari alios & suos damnari, & per hunc modum uies damnatus nolebat suorum damnationem.

Hec sic patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO VIII.

ARTICVLVS XVIII.

Vtrum in inferno sit tantum pena ignis, vel etiam pena aquæ.

DEINDE quereretur de poena corporali damnatorum, utrum scilicet sit ibi tantum pena ignis, vel etiam pena aquæ, & uidetur quod sic per illud Iob 24. de impensis. Transibunt ab aqua n[on] uiuum ad calorem nimium.

SED CONTRA. Omnis delectatio & refrigerium damnatis auferitur: sed non potest esse sine quodam refrigerio, quod aliquis afflitus calore ad frigus aquæ transeat, vel econqueratur, ergo talis pena aquæ transibit non erit in damnatis.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Basiliscus, exponens illud psalmi 28. Vox domini intercedens &c. In fine mundi ignis dividetur & alia elemēta, & quicquid est in eis pulchrum & clarum remanebit superiorius ad gloriam beatorum: quod uero est in eis futilissimum & penosum, delendet in infernum ad penam damnatorum, & ita fax totius creaturae in infernum colligetur, & erit damnatio in penam, & non solum patietur poenam aquæ, luctum est enim ut qui crearent offendent, ab omnibus puniantur. Vnde dicitur sapientia 5. quod orbis terrarum pragnabit pro illo contra insensatos.

Ad illud autem quod in contrarium obiectum dicendum, quod ex huiusmodi uarietate penarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim & aqua, & huiusmodi non agent in corpora damnatorum actione naturæ, ita quod relinquunt suas qualitates in corporibus damnatorum secundum quae facit esse calidat[er]: alioquin cum contraria non possint esse simili[er] i[n] eod[em] oportet corpora damnatorum suas qualitates perdere, & sic transmutata natura corporum

QVODLIBET. VIII.

ART. XIX. ET XX.

58

ganorum fieret poena minus sensibilis, sed agunt in corpora damnatorum actione spirituale; impi medo suas qualitates in corporib. damnatorum secundum esse spirituale per modum quo spes colorum est in aere, vel etiam in pupilla, non ita quam colorata. unde corpora damnatorum sentier afflictionem ignis sine hoc, & conuerteruntur in natum ignis, & ideo varietas poenarum non facit eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alteratione poenarum proueniens causatur ex transmutatione naturae, inquantu per frigus aquae superfluitas calefactionis remittitur, & sic ad medium venitur, quod est delectabile.

QUAESTITIO IX.

DEINDE quereretur de gloria beatorum.
¶ Et circa hoc quererunt duo.
¶ Primo, Vtrum beatitudo sanctorum per prius consistat in intellectu quam in affectu, vel conuersorio.
¶ Secundo, Vtrum per prius beati ferantur ad uitam humanitatem Christi quam eius divinitatem.

ARTICULUS XIX.

Vtrum beatitudo sanctorum pricipue consistat in intellectu.

AND PRIMUM sic proceditur. Viderit, quod beatitudo sanctorum pricipue consistat in intellectu. Sicut enim dicit Augustinus, decimo confessi. Beatitudo est gaudium de veritate: sed ueritas pertinet principaliter ad intellectum, ergo & beatitudo.

¶ 2 Prae. Io. 17. dicitur. Hæc est uita æterna, ut cognoscatis me solum verum Deum, & quæ misisti Iesum Christum: cognitione autem ad intellectum pertinet. ergo & uita æterna, siue beatitudo.

¶ 3 Prae. Aug. dicit 1. de trin. Quod uisus est tota merces: merces autem est beatitudo. ergo pertinet principaliter ad uisum intellectus.

SED CONTRA. Præmium respondet merito: sed meritum principaliter consistit in uoluntate, ergo & beatitudo quæ est præmium.

RESPON. Dicendum, quod felicitas, siue beatitudo in operatione consistit, & non in habitu, ut philosophus probat in Eth. Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam animæ dupliciter. Vno modo, sicut obiectum potentie, & sic beatitudo pricipue comparatur ad uoluntatem. Nomina enim beatitudine ultimum finem hominis, & summum bonum ipsius. Finis autem & bonus sunt obiectum uoluntatis. Alio modo, sicut actus ad potentiam, & sic beatitudo originaliter & substantialiter consistit in actu intellectus: formaliter autem & complectu in actu uoluntatis, quia impossibile est ipsum actum uoluntatis esse ultimum finem uoluntatis. Vitimus enim finis hois est id quod est primo desideratum. Non autem potest esse quod primo nolitum sit actus uoluntatis. Prius enim est potentia ferri in aliquod obiectum, quam per se feratur super actum suum. Prius enim intelligitur actus alicuius potentie, quam reflexio eius super actu illum. Actus enim terminatur ad obiectum, & ita qualibet potentia prius fertur in obiectum quam in actu suum, sicut uetus prius uidet colore, quam uideat se uidere colorem: & ita ut uoluntas prius uult aliqd bonum, quam uelit se uelle, & sic actus uoluntatis non potest esse primo volitum, & per

A consequens nec ultimus est finis. Sed quotiescumque aliquod bonum exterius est desideratum quasi finis, ille actus noster est nobis quasi finis interior, quo primo perfecte attingimus ad ipsum: sicut dicimus, quæ comestio finis est, & beatitudo eius quæ ponit cibum finem suum, & possessor eius qui finem suum ponit pecuniam. Finis autem nostri desiderii Deus est, unde actus quo ei primo coegerimur, est originaliter & substantialiter nostra beatitudo. Primo autem Deo coniungimur per actum intellexus, & ideo ipsa Dei visio, quæ est actus intellectus, est substantialiter & originaliter nostra beatitudo: sed quia hæc operatio pœnissima est, & convenientissimum obiectum, ideo consequitur maxima delectatio, quæ quidem decorat operationem ipsam, & perficit eam, sicut pulchritudo juuentutem, ut dicitur in eth. unde ipsa delectatio quæ voluntatis est, est formaliter cōprens beatitudinem, & ita beatitudinem ultimam origo est in uisione, complementum autem in fruitione. Tres ergo primæ rationes concedenda sunt, quia ostendunt, quod beatitudo substantialiter consistit in actu intellectus.

Ad illud autem quod contra obiectum, dicendum, quod meritum consistit in agendo, præmium autem in recipiendo. Actio autem primo pertinet ad uoluntatem, qui ipsa mouet omnes alias uires: sed receptione primo pertinet ad intellectum quam ad uoluntatem, unde præmium per prius attribuitur intellectui, meritum autem uoluntati.

ARTICULUS XX.

Vtrum beatitudo in gloria prius ferantur ad contemplandam Christi diuinitatem, quam eius humanitatem.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur, quod beatitudo in gloria prius ferantur ad contemplandam Christi diuinitatem, quam eius humanitatem. Altissimo enim statui altissimus actus primo & principaliter competit: sed beati sunt in statu altissimo, cum ergo actus intelligentie, quæ est potentia altissima, cuius est ferri in Deum, sit actus altissimus & nobilissimus, videtur quæ hic actus primo beatis competit, ut Deum contempletur.

¶ 2 Prae. Hoc ad imperfectionem uice pertinet, quod oportet nos ab inferioribus ad superiora contemplanda confondere: sed in beatis erit perfectione contraria imperfectioni uice: ergo ipsi conuersio per prius superiora contemplabuntur, & sic primo Christi diuinitatem, quam eius humanitatem.

SED CONTRA. Ad extremum non peruenit, nisi per medium: sed medium inter Deum & homines est Christi humanitas. I. ad Tim. 2. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. ergo sancti non perueniunt ad contemplationem diuinatis Christi, nisi prius contemplando eius humanitatem.

RESPON. Dicendum, quod unusquisque prius considerat illud quod est ratio alicuius, quam id, cuius ratio est, sicut artifex prius considerat regulam operis, quam secundum regulam operetur. Beati autem adeo sunt Deo cōiuncti, ut ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitionis & opis. Alter. n. actus beatitudinis per alias cognitiones & operationes sanctorum impeditur: & ideo illud ad quod sancti primo attendant, est ipse Deus, & cum hæc mediū cuiuslibet cognitionis & regulam cuiuslibet operationis, & sic per prius contemplatur diuinitatem Christi. Quodlib. S. Tho. H 2 sli,

D. 621.

D. 622.

cap. 4.

QVODLIBET. IX. ART. I.

An; quam eius humanitatem. In vtraque tamen cōtemplanda delectationem inueniunt, unde dī lo. 10. Ingredientur, sicut beati, ad contemplandam diuinatatem Christi: & egredientur ad contemplandam eius humanitatem, & vtrobiique pascua inuenient, id est delectationem, ut exponitur in libro, de spiritu & anima.

Duas ergo primas rationes concedimus.

Ad illud quod contra obiectetur dicendum, qd rō illa procedit quantum ad statum vix, in qua nondum sumus Deo perfecte cōiuncti: sed oportet nos ad Deum per Christū accedere, sed cum iam Deo in beatitudine cōiuncti erimus, per prius intendemus Christi diuinitatem, quam eius humanitati.

¶ Finit quodlibet octauum.

INCIPIT Q VOLIBET NON V M.

QUAESTITIO PRIMA.

VAESITVM est primo de capite Christo, deinde de membris. De Christo, quae situm est tripliciter.

¶ Primo, Quantum ad naturam diuinam.

¶ Secundo, Quantum ad unionem humanae, naturae ad diuinam.

¶ Tertio, Quantum ad species, sub quibz in sacramento altaris continetur.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus possit facere infinita esse actu.

Circa primum quarebatur, utrum Deus possit facere infinita esse actu. & uidetur quod non. Deus enim potest facere aliquid maius omni cōquod facit, quia cuius potentiam non aequalat opus ut dicit Hugo de S. Victo. sed infinito in actu non potest esse aliquid maius. ergo non potest esse quod Deus faciat infinitum in actu.

S E D C O N T R A. Deus potest plus facere, quam homo possit dicere, vel cogitare, secundum illud Luce 1. Nō erit impossibile apud Deum omniverbum: sed homo potest dicere esse infinitum in actu, & et cogitare, cum quidam philosophi hoc posuerint, ut patet in 3. physic. ergo Deus potest facere infinitum in actu.

R E S P O N. Dicendum, quod cum dī, Deum nō posse aliquid facere, hoc non est p̄p. defectum diuinæ potētis, sed p̄ incompossibilitatem quæ importatur in facto. Quod quidem contingit dupliciter. Vno mō, quia repugnat facto inquantum est factum, sicut dicimus Deum non posse facere aliquā creaturam quæ se in esse conseruerit, qd ex hoc ipso q̄ res aliqua ponit habere superiorem, ponit etiam indigere conseruatori, cūrdein sit causa cōscēdi rem, & cōseruans rem in esse. Alio modo, quia repugnat huic facto inquantum est hoc factum, sicut si dicamus Deum non posse facere equum rōnale esse. Et enim rationale, quāvis nō repugnat facto inquantum est factum, tñ hoc factum, s. cōscēdi rōnale repugnat omni equo inquantum est equus, in cuius diffinitione cadit irrationale. Quidam autem dicunt, quod Deus nō potest facere esse infinitum in actu, quia esse infinitum repugnat facto inquantum est factum. Et enim contra rationem creature,

vt creatorem adæquet, quod oportet ponere, si eset in aliqua creatura infinita. Infinitum enim infinito maius non est: sed illud non videatur rationabiliter dici. Nihil enim prohibet illud quod cōfinatum per unum modum superari ab eo quod est infinitum pluribus modis: sicut si esset aliquid corpus infinitum secundum longitudinem, finitum vero latitudine, esset minus corpore longitudo & latitudine infinito. Dato autem qd Deus faceret aliquid corpus infinitū actu, corpus quidem hoc esset infinitum quantitate dimensiona, sed de necessitate haberet naturam speciei terminata, & esset limitatum ex hoc ipso, quod esset res naturalis, vnde non esset equalē Deo, cuius esse & clertia est modis omnibus infinita.

GAlij vero dicunt, qd esse infinitum in actu secundum aliquem modum non repugnat facto, in quantum factum, neque huic facto inquantum est hoc actu quoque ens in actu aliquo vero modo repugnat enī in actu esse infinitum. Et huc est opinio Algezis. Disflingit enim duplex infinitum, s. infinitum per se, & infinitum per accidentes, cuius distinctiones intellectus hinc accipi potest, qd cum infinitū principali in quantitate inveniatur, ut dī in 1. Physicā quantitas in qua infinitum consistit, habeat talen multitudinem, cuius unaquaque pars ab altera pendeat, & certum ordinem habeat, ita quod unaquaque pars illius multitudinis requiratur per se, tunc infinitum in tali quantitate consistens dicēt infinitum per se, sicut patet in hoc baculus mouetur a manu, manus a lacertiis & nervis qui mouentur ab anima: quod si in infinitum procedunt, ut sanita ab alio mouetur, & sic deinceps in infinitum, vel baculus aliquid aliud moueat, & sic deinceps in infinitum, erit multitudinem mouentium & motorum per se infinita. Sitio quantitas in qua consistit infinitum, reflegetur alij quibus pluribus, qui cūdem ordinem tenent, & quorum numerus nō requiritur nisi per accidentes, tunc erit infinitum per accidentes, sicut si aliquis haberet cultellum faciat, ad cuius constitutionem multis martellis indiget, ex hoc quod vnu post aliud frangitur, & vnu succedit in locum alterius eadem ordinem tenens, si talis multitudine in infinitum excrescat, dicetur infinitum per accidentes, & non per se. Accidit, n. fabrili operi martelliū infinita multitudine, cum per unum martellum si datur, æqualiter posset expleri sicut per infinitos. De cū ergo quod infinitum per se repugnat ei quod est esse in actu, eo quod oportet in his que per se ordinem habent, compleri postea, n. per comparationē quodammodo omnium priorum, & sic ad unum cōsistendum requiri ex infinitum ordinata inveniatur, si eset aliquid infinitum per se, & ita nunquā possit compleri, cū infinitum sit transire, sed infinitum per accidentes sīm eos nō repugnat ei quod est esse in actu, cū una pars multitudinis ab altera non dependeat, unde sīm hoc nihil prohibet esse infinitum in actu, sicut alij dicunt in sua metas rōnales hoīum defunctiones cōscēdit infinitum in actu, eo quod ponit generationem hoīum ab altero suis, cū tās post mortē corporū remaneat, & sīm hāc opinionē Deus posset facere infinita, vel infinitū in actu, sī si nō immensis in natura infinitū in actu. Sed ecōtra Cōm̄s. met. dicit, qd in actu esse nō p̄t neq̄ infinitū p̄ se, neq̄ infinitū accidēs. In potētia uero iuuenit infinitū p̄ accidentes, sed nō infinitū p̄ se, & sic sīm cū esse infinitū cōscēdit infinitū p̄ se, & hoc uenit cōscēdit.

Kidetur.